



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Gvntramvs C. 28. Martij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

omnes Boii, sed Angeli cantu festivo visi: illi fordidati, hi candidati: ut nosset illos funeri, hos animi triumpho adesse. *Ex Surio.*

Ad omnem tentationem, ad omnem tribulationem, ad omnem denique cuiusque modi necessitat. m. aperta est nobis urbs confugii; sinus Matris expansus est, parata sunt foramina petra, patent viscera misericordia Dei nostri. S. Bern. serm. 7. Qui habit.

S. GVNTRAMVS C. 28. Martij.

QVI Reges salvam maiestatem, & regna sua volunt, rectè arces adificant, & propugnacula; sed rectius iudem aras fruunt templaque, & ad stipendia optimos præsidarios, egentes evocant. Inter hos meritò Regem GVNTRAMVM numeramus, pulcherrimum Gallia liliū, & meritò in Marianum hortum transplantandum. Regias hic gazas omnes, vel in sinum pauperum, vel templorum adyta prodigus sparsit. Certavit verò cum GUNTRAMO DEUS, nunquam non victor, si de liberalitate cum homine certamen sit. Et forte fortunâ somno, ad quem à venatione fessum perstreptentis rivuli susurrus invitaverat, aliquantum indulgebat. Hic qui pro dormiente vigilabat, armiger, vidit Dominum cum somno nescio quod animalculum proflare; ei cum pontemense regio fluxisset, aquas superavit, & proximo spelæo successit, paulò post viam eandem relegens ore denudò Regis se abdidit. Subinde hic evigilat, & somnium de reperto thesauro narrat. Sed & armiger subjicit, quæ vigilans somniaverat. Ergo in specum itur, & ingens auri vis eruitur, sed omnis iterum exlo, hoc est templis, & egenis transferibenda. Quo factum, ut sicam eorum, qui parricidas

cidās manus afferre regi vel epulo sacro accumbenti, vel ad matutinas preces cuncti parabant, semper Numē excusserit prodideritque. Tam firma, o Reges, munimenta templa sunt, tam fidi, si admititis, corporum vestrorum custodes pauperum sunt cohors. *Ex Paul. Diac. & Greg. Turon.*

Vsura mundi centum ad unum: Deus unum accipit ad centum: & tamen homines cum Deo nolunt habere contractum. Sunt forsan de cautione solliciti? Quare? homo homini exigua chartula obligatione constringitur? Deus ot & tantis voluminibus caruet, & debitor non tenetur. S. Chryl. serm. 25.

SS. ARMOGASTVS ET SATYRVS.

29. Martij.

AMbos Geiserici Arriani Regis furor affixit, et si SATYRVS regia domus Procurator, ARMOGASTVS Comes esset. Et SATYRO quidem, nisi ad perfidiam regis mores suos etiam ipse componeret, ob oculos ponebantur officii, honorum, & liberorum spoliationes, magna semper apud aulicos momenta: ipsa adeo conjux ultimæ sortis homini, & qui camelos agebat, ad ludibrium jam fuerat destinata. Sed facile despiciere hæc omnia poterat SATYRVS, qui oculos caelo defixerat. Illa expugnare ferreum poterant animum: supplex marito conjux & juncta matri liberorum cohors firmissima acies; structæ deinde ante pedes insidix, infans, inquam, abjectus, minimus ille, sed maximus apud patrem orator; confusa denique omnium in unum lacrymæ genitusque, potentissima apud domesticos tela. Perstitit tamen inconcussus SATYRVS, & objurgavit etiam intempestivam suorum pietatem, & quæ impium in DEVM esse